Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

nos. miseriis angustiam qui eduxit nos
de egypto. et ecce in urbe cades. que est
in extremis finibus tuis posita obsecra
mus ut nobis transire liceat per terram
tuam. Non ibimus per agros nec per
uineas. non bibemus aquas de puteis
tuis. sed gradiemur publica uia. nec
ad dexteram nec ad sinistram declina
nantes. donec transeamus terminos
tuos. Cui respondit edom. Non transi
bitis per me. alioquin armatus occur
ram tibi. Dixeruntque filii israel. Per tri
tam gradiemur uiam. et si biberimus
aquas tuas nos et pecora nostra. dabimus
quod iustum est. Nulla erit in precio diffi
cultas. tantum uelociter transeamus.
At ille respondit. Non transibitis. Sta
timque egressus est obuius cum infinita
multitudine et manu forti. nec uo
luit acquiescere deprecanti. ut concederet
transitum per fines suos. Quam ob rem
diuertit ab eo israel. Cumque castra mo
uissent de cades. uenerunt in montem
hor. qui est in finibus terre edom. ubi
locutus est dominus ad moysen. Per
gat inquit aaron ad populos suos.
Non enim intrabit terram quam dedi
filiis israel. eo quod incredulus fuerit
ori meo ad aquam contradictionis.
Tolle aaron et filium eius cum eo. et
adduces eos in montem hor. Cumque
nudaueris patrem ueste sua. indues
ea eleazar filium eius. et aaron col
ligetur et morietur ibi. Fecit mo
yses ut preceperat dominus. et ascende
runt in montem hor coram omni mul
titudine. Cumque aaron spoliasset
uestibus suis. induit eis eleazar fili
um suum. Illo autem mortuo in mon
tis supercilio. descendit moyses cum
eleazaro. Omnis autem multitudo
uidens occubuisse aaron. fleuit super eum
XXX diebus per cunctas familias suas.

XXI

Quod cum audisset
chananeus rex arath. qui ha
bitabat ad meridiem. uenisse
scilicet israel per exploratorum uiam. pugnauit
contra illum. et uictor existens. duxit
ex eo predam. At israel uoto domino se
obligans ait. Si tradideris populum istum
in manu mea. delebo urbes eius. Ex
audiuitque dominus preces israhel.
et tradidit chananeum. Quem ille
interfecit. subuersis urbibus eius. et uoca
uit nomen loci illius horma. id est
anathema. Profectique sunt de monte
hor. per uiam que ducit ad mare ru
brum. ut circuirent terram edom. Et
tedere cepit populum itineris ac laboris.
Locutusque contra deum et moysen ait.
Cur eduxisti nos de egypto. ut mor
eremur in solitudine. Deest panis.
non sunt aque. anima nostra iam nau
seat super cibo isto leuissimo. Quam
ob rem misit dominus in populum
ignitos serpentes. ad quorum plagas et
mortes plurimorum uenerunt ad moy
sen atque dixerunt. Peccauimus quia
locuti sumus contra dominum et te. Ora
ut tollat a nobis serpentes. Orauitque
moyses pro populo. et locutus est dominus ad
eum. Fac serpentem eneum et pone eum
pro signo. qui percussus aspexerit eum. ui
uet. Fecit ergo moyses serpentem eneum.
et posuit pro signo. Quem cum percussi aspi
cerent. sanabantur. Profectique filii
israel castra metati sunt in oboth. Unde
egressi fixerunt tentoria in geabarim.
in solitudine que respicit moab con
tra orientalem plagam. Et inde mo
uentes castra. uenerunt ad torrentem
zareth. Quem relinquentes. castra me
tati sunt contra arnon. que est in de
serto. et prominet in finibus amorrei.
Siquidem arnon terminus est moab.
diuidens moabitas et amorreos. Unde
dicitur in libro bellorum domini. Sicut fecit in
mari rubro. sic faciet in torrentibus
arnon. Scopuli torrentium inclinati
sunt. ut requiescerent in arnon. et re
cumberent in finibus moabitarum. Ex
eo loco apparuit puteus. Super quo